



PETRI BORELLI
EPISTOLA CHIMICA.

D. D. THOMÆ DE RIOLET
Xantoni Med. Doct.

Cum mihi non semel promiseris (amice charissime) characteris Fratrum Roseæ Crucis, apud Majerum in Themide aurea extantia explanationem, Distichiumque, in eo contentum, ut & quid in Chartula sigillata à Fratre Ros. crucis tuo amico, olim concessa sub jurejurando ne eam ad annum usque tuum 25. referares, contineretur, cumque nunc ætatem hanc attingeris, promissique tui memor sis, hæc rursus à te tibi alia vicissim communicaturus expeto. Interim alterius ejusdem Majeri Ænigmatis referationem in amicitie symbolum nostræ accipe. Vale,

Lutetiæ, 15.
Decemb.
1653.

Amicus tuus fidelissimus
P. BORELIUS
Med. Doct.

Ænigmatis Majeriani, in Themide aurea, Reseratio.

CUM in CiphRARUM occultARUM referatione non parum fœlix fuerim, imò quædam CIPHERIS Venetis, vel quadrato vocato, conscripta, licet hactenus pro irreferabili, (quoniam clavis ejus scienda est) Bapt. Porta, Vigenero & aliis habito apæruerim, Ænigma Majerianum in Themide aurea, deregere excupiens (quòd in eo magna contineri existimassem) illi operam dedi, & tandem, sed non absque labore Enodavi, quoniam medietatem literarum tantum permutavit. Sic autem se habet.

Ænigma Majerianum.

CLode No Matri in ium dicsit udaoltan plesaritto, Jeait os uperrimit cegmusiemon tus polcopitto, im oc igmon cemsu musalun, im hec musalurou os immusaluron.

Explicatio.

CRedo me nulli in jam dictis adversum protulisse, Jovis & Apollinis cognationem fat percepisse, in eo ignem contra naturam, in hoc naturalem, & innaturalem.

F I N I S.